

**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1995

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
12X	16X	20X	24X	28X	32X

L'Institut a microfilmé la meilleure exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Continuous pagination/
Pagination continue
- Includes index(es)/
Comprend un (des) index
- Title on header taken from: /**
Le titre de l'an-tête provient:
 - Title page of issue/
Page de titre de la livraison
 - Caption of issue/
Titre de départ de la livraison
 - Masthead/
Générique (périodiques) de la livraison

The copy filmed here has been reproduced thanks
to the generosity of:


Bibliothèque nationale du Québec

The images appearing here are the best quality
possible considering the condition and legibility
of the original copy and in keeping with the
filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed
beginning with the front cover and ending on
the last page with a printed or illustrated impres-
sion, or the back cover when appropriate. All
other original copies are filmed beginning on the
first page with a printed or illustrated impres-
sion, and ending on the last page with a printed
or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche
shall contain the symbol → (meaning "CON-
TINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"),
whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at
different reduction ratios. Those too large to be
entirely included in one exposure are filmed
beginning in the upper left hand corner, left to
right and top to bottom, as many frames as
required. The following diagrams illustrate the
method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la
générosité de:


Bibliothèque nationale du Québec

Les images suivantes ont été reproduites avec le
plus grand soin, compte tenu de la condition et
de la netteté de l'exemplaire filmé, et en
conformité avec les conditions du contrat de
filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en
papier est imprimée sont filmés en commençant
par le premier plat et en terminant soit par la
dernière page qui comporte une empreinte
d'impression ou d'illustration, soit par le second
plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires
originaux sont filmés en commençant par la
première page qui comporte une empreinte
d'impression ou d'illustration et en terminant par
la dernière page qui comporte une telle
empreinte.


Un des symboles suivants apparaîtront sur la
dernière image de chaque microfiche, selon le
cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le
symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., pouvant être
filmés à des taux de réduction différents.
Lorsque le document est trop grand pour être
reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir
de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite,
et de haut en bas, en prenant le nombre
d'images nécessaire. Les diagrammes suivants
illustrent la méthode.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc.

1853 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

2

A


271.2

A. 81


voir 8^e page.

ACTA

PRIMÆ CONGREGATIONIS INTERMEDIÆ
PROVINCIALIS
PROVINCIÆ SANCTI DOMINICI
CANADENSIS
DIEBUS 9 MENSIS NOVEMBRIS ANNI MCMXIII
ET SEQUENTIBUS,
IN CONVENTU S. JOANNIS BAPTISTÆ OTTAWIENSIS,
CELEBRATÆ







IN NOMINE PATRI^S, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI. AMEN.

INCIPIUNT

ACTA

PRIMÆ CONGREGATIONIS INTERMEDIÆ
PROVINCIALIS

PROVINCLE SANCTI DOMINICI
CANADENSIS

DIEBUS 9 MENSIS NOVEMBRI ANNI MCMXIII
ET SEQUENTIBUS,

IN CONVENTU S. JOANNIS BAPTISTÆ OTTAWIENSIS,
CELEBRATE

DENUNCIATIONES

- I. Denunciamus presenti Congregationi ad vocales :
- A. R. P. Lectorem Fr. Henricum Hage, Provincalem;
 - A. R. P. Magistrum in S. Theol. Fr. Raymundum-Mariam Rouleau;
 - A. R. P. Lectorem Fr. Mannem Marion, Priorem Conventus SS. Rosarii, ad Sanctum Hyacinthum;
 - A. R. P. Lectorem Fr. Alphonsum Langlais, Priorem Conventus Sancti Joannis Baptiste Ottawiensis;
 - A. R. P. Fr. Joannem Bacon, Priorem Conventus St Annæ Riverormensis.

2. Denunciamus Reverendissimum Patrem Magistrum Generalem concessisse ut, Capitulo Generali ne nostra Congregatione intermedia eodem tempore incidentibus, haec nostra Congregatio de die 30^a Augusti ad diem 9^{um} Novembris transferatur.

3. Denunciamus Litteras Testimoniales de debita onerum Missurui satisfactione juxta Constitutionem Innocentinam *Nuper* prescriptas, ab omnibus Sacerdotibus eujsque Conventus et Dominis Vicarialis sub juramento firmatis et propria manu subscriptas, per omnes Conventuum Piores et domorum Praesides A. R. P. Priori Provinciali, in prima Congregationis sessione exhibitas esse ac approbatas.

4. Denunciamus A. R. P. Fr. Henricum Hugo, Priorem Provincialem, rationes de acceptis et expensis tuis ad suam personam quam ad officium Provincialatus pertinentibus, in intervallo temporis a principio sui regiminis, eorum nobis exhibuisse, que fuerunt approbatæ.

5. Denunciamus serutinium super absolutione vel retentione A. R. P. Prioris Provincialis a tribus Prioribus Conventualibus antiquioribus receptum, et eorum nobis sigillo Provincie immunitum ad Ordinis Magistri transmissum fuisse.

6. Denunciamus per rescriptum S. Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium Præpositæ, sub die 24^a junii 1913 datum, R. P. Lectorem Fr. Augustinum Ledue super defectu ætatis dispensatum fuisse, ut Socius Magistri Novitiorum esse posset.

7. Denunciamus per rescriptum S. Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium Præpositæ, sub die 6^a septembris 1913 datum, R. P. Fr. Jacobum-Mariam Olivier super defectu ætatis dispensatum fuisse, ut Socius Magistri Novitiorum esse posset.

8. Denunciamus per Rescriptum S. Congregationis Rituum sub die 9^a februario 1912 datum et ad quinquennum

valitum, concessum frisse facultatem celebrandi in Ecclesiis Provinciae nostrae, nissam de Requie bis in hebdomada, sub certis conditionibus, quas videre est in ipso rescripto infraposito :

Nnn. O. 490

—
911
—

ORDINIS PRAEDICATORUM

Hodiernus praepositus Provincie Canadensis Ord. Praedicatorum a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X humillime efflagitavit, ut in singulis Ecclesiis memoratae Provincie existentibus licet bis in hebdomada Missas cum cantu vel lectione de Requie celebrare. Scilicet porro Congregatio Rituum utendo facultatibus suis specialiter ubi ipsa Sanctissimo Domino tributis, ita precibus annuit, ut in memoriis Ecclesiis Missas cum cantu, vel etiam lectio de Requie bis in hebdomada celebrari possint, sed haec postremus Missae tantum die obitus, aut depositionis alicuius defuncti, vel die III, VII, XXX, aut anniversaria necnon quando Missae cum cantu permissae, cantari nequeant; dummodo in utroque casu non occurrat aliquid Festum duplex prima vel secundae classis, vel Festum de præcepto servandum, nisi Feria, Vigilia vel Octava ex privilegiatis: servatis de cetero Rubricis. Præsentis Indulge ad proximum tantum quinquennium valituro. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9a Februarii 1912.

Fr. S. Card. Martinelli, Pref.

Loc. Sig.

† Petrus Lafontaine, Ep. Charystien, Secret.

ADMONITIONES

I. Fratres Nostri Exercitia Spiritualia prædicantes, tñm apud Religiosos et Sorores ad educationem juventutis institutos, tñm apud utriusque sexus studentes, non obliviscantur S. Thomam Aquinatem singularem omnium scholarum catholicarum Patronum a SS. PP. Leone XIII institutum fuisse; nec omittant ad illos juniores in religiosis moribus et fide catholica efformandos, cultum et devotionem erga tantum Patronum promovere.

Ante festum Angelici Doctoris, per tres dies, in Ecclesiis nostris aliquæ functiones ecclesiasticae, nti preces, fiant; et prævio consensu Ordinarii, benedictio cum SSmo. Eucharistiae Sacramento, fidelibus fratribusqne impertiatur.

II. Hortamus Fratres nostros, quorum Conventui concordit paroecia, nt officiis divinis, quæ die dominica in ecclesia parochiali fiunt, adsistant, præsertim si haec officia sint parochialis simul et conventualia, nti mos est pro missa dominicali. Quantum vero ad Fratres, qui ministerio parochiali sunt additi, nullo modo sese exemptos existiment a sequela chori, etiam die dominica, nisi forsitan ex parte et de licentia Superioris, qui se erga eos benignum semper præbeat.

III. Saecularia silentii lex, quam Patres nostri tanti fecerunt, ab omnibus Fratribus religiose et adamussim servetur tam in conventibus formalibus quam in vicariatibus. Etenim haec saluberrima lex non minus novitios quam ipsos professos usque ad mortem ligat et obligat. Nec unquam e labiis nostris minimm evolet verbum quod illam in desuetudinem vel in contemptum adducere possit. Quidquid in contrarium reprobamus ut alienum a religione Sancti Dominici, neenon ut scandalosum.

Caveant igitur Fratres, qui in conuentu Novitiatns assi-

gnantur vel per illum transeunt, ne unquam Novitios alloquuntur nisi presente vel concedente Magistro. Haud panca, haud parva inconvenientia ex ipsis relationibus originem ducunt. Sunt enim qui deformare animos juvenum, sive coram illis regulam perverse interpretando, sive auctoritatem herendo, non erubescunt. Idecirco admonemus Superiores ut tales delinquentes graviter incepant et puniant.

Tandem, haec omnia, servatis servandis, erga Fratres conversos observentur.

IV. In memoriam Fratrum revocamus ordinationem Capituli generalis Mediolani 1505 qua "nullus Fratrum alterius eccliam ingrediatur nisi in casu necessitatis" et de licentia Superioris. Ad rem faciunt haec verba Constitutionum: "Silentium Fratres nostri teneant..... in cellis, nisi forte silenter aliquid loquuntur, non tamquam oratione perfecta".

V. Enixe hortamur Fratres nostros ut saluberriman Capituli habitudinem corde teneant ac religiosissime observent, speciliater quoad proclamations, sive non timide faciendas, sive humiliter et grata recipiendas. In his enim constat beneficium simillimum et meritum Capituli quotidiani, siquidem nihil aliud sunt quam actus justitiae et caritatis. Omnem igitur inanem fallacieisque metum seorsim ponant Fratres, atque amore coacti fraterno, has partes officii sui generose impleant.

VI. Ministerium Verbi Dei magis magisque accrescit in nostra Provincia, divina favente gratia et fratrum zelo cooperante. Ad hoc tamen ut tam sublime ministerium semper vere supernaturale et fructuosum existat, attendant Fratres ut simili eum actione exteriori erescat etiam studium et multiplicantur orationes, que sunt quasi necessarii fontes unde gratiam et veritatem habere debant.

Quapropter admonemus Fratres nostros ne sint faciles ad proponendum verbum Dei absque debito studio ac preparacione. Insuper, haud ægre sed ultiro libenterque erga Super-

riorem qui eos hac vel illuc ad prædicandum mittit, posthabita propria voluntate neenon seposito privato judicio, obedientiam faciant.

Durante vero prædicatione extra conventum, præter recitationem divini officii, quæ ut principalior actus vitæ nostræ contemplativæ invenitur, orationi mentali vacare nunquam omittant rosarioque sno quotidiano et frequenti visitatione D. N. J. C. in SSmo. altaris Sacramento sint semper assidui.

Ad conventum autem reversi, meminerint totum tempus suum ad Deum et ad animas pertinere sub directione Superioris, ita quod scrupulose illud consumant in aliquo religioso vel apostolico opere, vacando observantiis regularibus et studio, præparando conciones suas, libros vel articulos scribendo.

VII. Quantum ad jmjiores sacerdotes, cum fructus eorum futuri ministerii a perfecta præparatione dependeat, nihil omitti potest ad hoc ut calleant tam religiosa quam scientifica institutione, omnimode superiore, prout tam eminenti sua vocatione requiritur. Utinam possint esse perfecti inter perfectos ! Considerantes ergo temporis nostri conditiones et animalium necessitates, valde optamus eos esse instructos in omnibus quæ decent virum apostolicum, ita ut possint, tam scripto quam verbo, coram personis ejusque conditionis, veritates fidei nostræ exponere neenon et defendere.

VIII. Meminerint omnes Fratres nostri se nunquam satis studio Saciarum Scientiarum, utriusque præsertim Theologiae, dogmaticæ scilicet et moralis, ineunibere posse. Vigeat ergo apud nos omnes constans studii amor. In Domino horum juniores duntaxat confessores, ut in his omnibus diligentissime versentur, non tam ob pericula quæ de triennio in triennium subire debent feliciter superanda, quam ob suum unius rite adimplendum. "Frequentissime videmus, ait Benedictus XIV (Inst. 32), aliquos nempe sacerdotes, qui initio præclarissime confessarii munus suscepserunt; inde post diuturnum tempus, omni studiorum cura neglecta, pristinam

Theologie Moralis scientiam amittere, ita ut, qui in injus-
modi arte peritissimi fuerant, tandem exigua solum et confu-
sa ipsius artis scientia, primisque rudimentis instructi, vix in-
ter tirones adnumerentur."

IX. Quoties licentia ad quidquam rite perigendum re-
quiritur simul a pluribus Superioribus, neutquam ad Su-
periorum maiorem recurratur ante licentiam obtentam a minori.

X. Multoties a Constitutionibus injungi ut Fratribus li-
centia exeundi non concedatur *nisi causa exposita*, nemo est
qui nesciat. Attamen hanc legem haud semper a nobis ob-
servari non est infitiandum, et ideo ad hoc præceptum imple-
dum Fratres a Superioribus redigantur.

XI. Meninerint Fratres, quoties sunt reduces ad summum
Conventum, ad benedictionem recipiendam necnon ad ratio-
nem reddendam, et quidem in scriptis, de acceptis et expensis,
se coram Praelato sistendos esse.

XII. In memoriam revocamus ordinationem qua nulli
Fratri permittitur terminos sui conventus transgredi absque
licentia Prioris Provincialis.

XIII. Ad historiam Ordinis in mente melius servandam,
necnon ad exempla Nostratum haud oblivioni tradenda, mo-
rem esse utiliter apud nos inducendum putamus, ut in initio
caenae vel collationis aliquid legatur de Sancto vel de Beato
postera die honorando. Satis esset pro præsenti ut hæc lectio
ex opusculo "*La Petite Année Dominicaine*" exerceperetur.

XIV. Quum vita et salus Ordinis ex numero et qualitate
vocationum dependeant, nihil nobis optatius esse debet quam
ut Sodales Familiae nostræ multiplicentur. Quapropter hor-
tamur singulos Superiores ac Parochos ut isti a sui parœcia,
illi vero a suo conveetu, eleemosynas obtineant ad juvenes
sublevandos, qui spem fundatam vocationis dominicanæ præ-
buerint, ita quod unusquisque Conventus, sicut et unaquæque
parœcia, saltem unum adjuvet juvenem, qui in Seminariis seu
Collegiis studia perficere valeat. Et hæc omnia fiant de
consensu Consilii.

DECLARATIO

Diœcesim recenter erectam MONTIS LAUREI in terminis Conventus S^r Joannis Baptiste Ottawaiensis comprehendi declaramus.

COMMISSIO

Ad laudem Beatissimæ Virginis Mariæ, Ordinis Patronæ, neenon ad animarum salutem, committimus Adm. R. P. Provinciali, ut quantocius in Provincia nostra restauretur, propagetur, ac diligenter custodiatur laudabilis Rosarii Perpetui devotio, cum certa quadam capitum hierarchia a SS. PP. Pio IX^o approbati.

SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro SS. D^r. N. Pio PP. X^o, Ordinis nostri benevolentissimo Protectore, quælibet Domus celebrabit unam missam.

Pro Reverendissimo Patre Fratre Hyacintho-Maria Cormier, Magistro generali Ordinis nostri, ejusque Sociis, quælibet Domus unam missam.

Pro A. R. P. Lectore Fr. Henrico Hage, Provinciali Provinciæ S. Dominici Canadensis, quælibet Domus unam missam.

SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro cunctis Fratribus nostris defunctis, quælibet Dominis unam missam.

Pro animabus Parentum et Benefactorum nostrorum, quælibet Dominis unam missam.

Hæc sunt Acta Congregationis intermediæ Provincialis Provinciæ S. Dominici Canadensis in Conventu nostro Sancti Joannis Baptistæ Ottawensi celebratæ, diebus 9a Novembris et sequentibus anni 1913, quæ simul ac approbationem Reverendissimi Patris Magistri perlegi jubemus in publica mensa reformati bis in anno usque ad Capitulum Provinceiale proxime habendum, diebus scilicet prima Junii et prima Decembris, et annotentur in Kalendario Provinceiæ dies quibus legenda sunt.

Data in Conventu nostro Sancti Joannis Baptistæ Ottawensis, die undecima mensis Novembris anni 1913.

Fr. Henricus HAGE, O. P., Prior Prov. propria manu subscripsi.

Fr. Raymundus Ma ROULEAU, O. P., Mag. S. Theol. propria manu subscripsi.

Fr. Mannes MARION, P., Prior Conventus SS. Rosarii, Sancti Hyacinthi, propria manu subserpsi.

Fr. Alphonsus LANGLAIS, O. P., Prior Conventus Sti Joannis Baptiste Ottawensis, propria manu subserpsi.

Fr. Joannes BACON, O. P., Prior Conventus S. Anne Riverorniensis, propria manu subserpsi.

L. + S.

— 10 —

IN DEI FILIO NOSIS DILECTIS
ADM. RR. PP. PRIORI PROVINCIALI, PRIORIBUS CONVENTUA-
LIBUS, CÆTERISQUE PATRIBUS ET FRATRIBUS PROVINCIAE
NOSTRAE S. P. DOMINICI CANADENSIS

NOS

FR. HYACINTHUS M. CORMIER

S. THEOLOGIÆ PROFESSOR AC TOTIUS ORDINIS FF. PRÆDICAT.
HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS
SALUTEM ET BENEDICTIONEM.

*Acta Congregationis intermediae Provincialis Provincie No-
triæ Sancti Dominici Canadensis in Conventu Sancti Joannis
Baptistæ Ottaviensis celebratæ diebus 9 mensis Novembris anni
1913 et sequentibus, diligenter perlegimus atque perpendimus,
et audito prius graviorum Patrum Consilio, cum laude sau-
cione decrevimus et Auctoritatis Nostræ robore minuire, omnes ex-
hortantes ut, dum Provincia noriter fundata in dies crescat nu-
mero, spiritum religiosum dominicanum tam feliciter introductum
magis magisque animose et hilariter prosequantur. Omnia igi-
tur et singula in præfatis Actis contenta, harum serie, Nostrisque
auctoritate Officii approbatas et confirmatas sieque approbata et
confirmata dicimus et declaramus: mandantes Adm. Rer. Pro-
vinciali ut eadem Acta una hisce nostris Litteris typis edi ac in
omnibus Provinciæ suæ Conventibus seu Domibus promulgari
faciat, decemque sic editarum exemplaria ad nos transmittat.*

— 11 —

*In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
Non obstantibus in contrarium quibuscumque.
In quorum fidem his officiis Nostri sigillo munitis, propria
mann subscrisimus.*

Datum Romæ, ex Collegio Angelico, die 28 Norembris 1913.

Fr. HYACINTHUS M^a CORMIER, O. P.,

M. G.

Reg. E. pag. 78

fr. GABRIEL HORN, O. P.

Mag. Provlis Lithuaniae et Socius.

BIBLIOTHÈQUE
SAINT-SULPICE

